IOANNIS CONSTABLII LONDINENSIS ET ARTIVM PROFESSORIS EPIGRAMMATA.

R. Bruhn.

Apud inclytam Londini urbem. M. D. XX.

Ioannes Conſtablíus Londín ẽſis et artíum profeſſor candídis lectoríbus. S. D.

Ommune eſſe vídeo ſtudíoſís oíbus optíme lector e memoríę theſauro alíquíd ín medíum ꝓferre/ vnde honeſta poſſint adíuuarí & candída promoueri ſtudía. Qz̃q̃ hoc quibuſdam forſítan leuículū vídebítur/ vt quí ſacrís diſcíplínís ſeuerius ínſíſtere debuerímus/ vtpote profeſſioní noſtræ magís accomodatís/ nunc ín re frívola et nugací verſemur/ſcilícet in pauculís condendís epigrammatís. At hoc tíbí ſtudíoſe lector ne perſudeas quæſo. Nã etſí quæ ſcripſímus nugæ (ſi ad maíora quępíam reſpexeris) vídeãtur / ſería tamen ſunt. ſi ad víuum vſque reſecęs. Non ſunt fateor / ea vena / ea venere verſículí/ vt magnopere allíciant/contentí tantum prodeſſe. Hic nobís (vtcunq; íudícauerís lector) ſalutarís labor vídebatur/ quí ab ínaní atque ínfrugífero (quo alíí torpent) ocío nos líberauerít. Ita ludere ſoleo/ſí cubí relíqua ſtudía faſtídíum afferãt. Iubet grauíſſímus Seneca / vt anímos quandoque remíſſos habeamus/ocíoque demus/at líterarío. Hoc equídem ſæpenu/

BRITISH 12 JY 03 MUSEUM

ſæpenumero in florentiſſima Oxonienſi (vbi ſtudemus) Academia fecimus / q̃q̃ hucuſque publicitus excudimus nihil. Nunc autem ab his potiſſimũ auſpicati ſumus quæ minutula videntur/at quę maiora (abſit verbis faſtus) q̃ prima fronte pollicentur/ preſtiterint. Candide lector ſi quid hic perperã ſcri titatum reperias/ corrigas quæſo. Nam non omnibus palatis eadem ſapiunt vale.

AD LEÇTOREM EPIGRAMMA.

SI foueant heliconiades te lector alumnum/
Diſpliceant noſtri ne rogo verſiculi.
Si gradítur quoq̃ claudum pede carmen/ amice
Incedat recto poſt/ pede quæſo ſuo.
Namque homo ſum/labi potero/ergo cõſule lector
Quid fratris famæ proſit et officiat.
Aonij ſi ſis nemoris de vertice vates
Carmina ſenſuræ ſingula mando tuæ
De ſuperbia.
Exoſa eſt ſuperis/ hominũque ſuperbia turbæ:
Faſtum ideo a prauo corde reuelle tuo.

De peccato.

Peccamus cuncti peccato pergere ſed qui
Vult, ſimilis dici demonibus poterit.

Ingrediens eccleſiam.

Chriſticola o ſacram chriſti quum tendis ad ædem
Lingnã, oculos, pectus, dirigito ad dominum.

Quis bonus.

Qui nulli nocuit, nec acerbo corde venenum
Clauſum habet: hic merito dicitur eſſe bonus.

De lingua latina.

Quot ſteriles viguere priori tempore linguæ
Tempore tot noſtro docta palata virent.

De elemoſyna.

Pauperibus dives dones alimenta miſellis
Vt referat Chriſtus premia ſumma tibi.

In inuidum.

Effutis miſer in cunctos turpiſſima verba
Soli at verba nocent nunc tua ſtulte tibi.

Ad ſophiſtam.

Stentorea clamas toties quid voce ſophiſta?
Quem ſortem appellas dicitur is Socrates.

De beneficentia.

Nitere ſi poteris benefactis æqua referre
Acta etenim meritis gratia plura refert.

Paſtorem per abrupta gradien-
tem grex ſequitur.

Paſtor precipití graditur dum calle/ ſequitur
Grex facílis/cenſus níl ſíbí adeſſe malí.

De voluntaría ígno-
rantía.

Sunt quum níl ſapíant/quí níl callere ſtudebunt
Díſcere dum nolunt ſemper erunt fatuí.

De fugíenda mala
ſocietate.

Vt ſcopulos fugías mala quæ conſortía cernis
Effuge/ nam ledunt praua ſodalícia.

De dolore ínexperto.

Stultus ín expertum damnum quí non cauet ante
Non mírum pœnam ſí luat ílle grauem.

De ímmoderato apparatu.

Cèrnítur ímmodíco gens vana íncedere amíctu
Quo pereunt mores/ caſtaque víta perít.

De veritate et fallacia.

Omní víncere vult tempore veritas
Succumbet ſubíto quum modo falſitas.

De fallací amícítía.

Verus amícítíæ modus eſt ſpreuiſſe bílíngues:
Syncerum pectus poſtulat ílla magís.

De ambitione.

Principis aula locus cuiuis fieri ambicioso
Consueuit / iuuenes huc properantque senes.

Cognosce te-
ipsum.

Quis sis/quis fueris/quisq; es memor esto futurus:
Ardua nam res est/ te bene scire quis es.

De adulatore.

Assentatoris technas fuge/ mellea verba:
Occulta in linguis sępe venena tenent.

Clara notalia.

Quæ nam est vtilitas ex nostro sanguine claro:
Dum caro mortalis vertitur in cineres.

Carnis pru-
dentia.

Quid spinosa tibi prodest prudentia carnis:
Summa apud ista deum credita stultitia est.

Ad fratrem mi-
norem.

Fertur inops nullum Franciscus tangere nūmum
Cur frater nummos tangis et accumulas?

Ad hypocritam.

Quisque lupum nouit te agnina pelle rapacem
Vox ouis haud quaq̃ crede vlulare potest.

Indignatio maiorum aduersus minores.

Quid fastu inflaris mihi dic vanissime? nunquid
Olim par nobis et similis fueras?
Non potes aspectu tumido terrere minores:
Plus humili tribuet infima turba tibi.

Gratia cum malicia stare nequit.

Non inimicitias admittit gratia Christi:
Ast iussit cunctos diligere ipse deus.
Discernit natos sola dilectio Christi:
Demonis a natis quos odio generat.

Nemo miser nisi qui male viuit.

Ille miser solus qui peccat quisquis habetur:
Pauperies vitam non faciet miseram.

Quadruplici generi hominū deus misericors erit.

Propicius deus his dubio procul optimus extat:
Quos tenuis pingit nostra camena/ viris
Aeternum numen metuentes/ optima quæque
Qui faciunt/ placant continuo dominum
Et modo pauperibus miseratus/ diraque passus
Lętanter/ domino replacet ecce suo.

De ſtulto cõcionatore.

In populum baubas/ et ínanía verba refundis
Nulla eſt ín verbis gratía ſtulte tuis.
Spectantes rídent/ ꝙ concio nil níſí nugas
Tractat/ prudenter dícíto vel taceas.

Ad Maurícium.

Nunc ſcío Maurící placuít tíbí culta vetuſtas
Qz delegiſtí fertile gymnaſium
Nempe vírum exſpectat te clara Brítannía talem/
Qualis erat Romæ Tullíus ipſe ſuæ.

Ad Thomam Shellíum.

Docte Thome ſophíæ preclara volumína ſanctæ
Dícunt te míris voluere nunc ſtudijs
Perge rogo /pius eſt labor hic/ fructusque ſalubris
Doctrinæ acquíres nomína ſumma tuæ.

Ad díuum Ioannem Baptíſtam.

O ſacra progenies ſterílis quem concipít aluus
Ventre tamen matrís ſanctificata pío
Affer opem famulo vates Baptíſta precanti
Qui níſí quod iuſtum ſít petiturus adeſt
Sanctus Ioannes natus ínter mulíerum
Iſte eſt quo maior non ſatus vsque fuít.

Aulicus mercator factus.

Aulicus hic cælebs fuerat quum pauper / in omnẽ:
Qua raperet voluit turba vènire viam
Acceleratque frequens magna ad conuiuia / parui
Prodigus æris erat / prodigus ingenij.
Aſt huic quum iam ſit thalamo copulata iugali
Coniux / vt maneat iuſſit auara domi.
Et mercaturæ nunc ſe dedit / arcula nummis:
Vt ſit plena ſibi / plena crumena etiam.

Ad auarum.

Sufficit haud vni vaſtus tibi mundus auare
Semper egens / aurum vane miſelli ſitis.

Ad Ioannem Euangeliſtam.

Magnus Ioannes / virgo caſtiſſimus / atque
Sobrinus Chriſti / precipuusque animus
Se cunctis façilem prebet cogitantibus / ergo
Pangamus ſancto carmina ſancta viro.

Ad ſacerdotẽ tria ſacerdotia habẽtem / qui nullam alebat familiam.

Tantos quum dederit tibi totque eccleſia victus
Cur ſoli viuis dic miſer oro tibi?
Cur non pauperibus fieri cupis hoſpes / auare?
Vel famulos laribus nutris habesque tuis?

Ne pereat cenſus cura eſt tibi maxima/ ſed nunc
Damna animæ pendis nil miſer ecce tuæ.

De Trinitate.

Ille ſator ſummus cum nato et flamine ſancto
Vnum diſponunt mirifice imperium.
Hij tres vt coeant ſi qua ratione requiras
Naturæ exemplo diſcere iam poteris
Aethereo phœbus/ quem cernis currere in axe
Hæc tria habet/quæ nunc commemorabo tibi.
Splendorem: lucem: deſiccantemque calorem:
Vnicus at fient hæc tria/ nil niſi ſol.
De ſpeculo ſimilem capias (ſi vis) rationem/
In tres diuiſum eſt/ quod tibi particulas:
Qualibet/ iſtarum poteris ſpectator eandem
Cernere/ diuiſim ſcilicet effigiem:
Idem de panno poteris cenſere plicato/
Diuide namque plicas/ pannus et vnus erit.

De dignitate ſacerdotum.

Q̃ tam ſacrificis ſit turba prophana rebellis
Miror/ quum Chriſtus preſbyter ipſe fuit
Ille coli ſacros mandabat vbique miniſtros
Quos dederat carnem conficere orbe ſuam
Haud erat angelicis turbis ea facta poteſtas
Sublime vt tractent tale miniſterium.

Ergo ſacricolis populus debebit honorem
Qui pro peccatis munera ſacra ferunt.

Ad formoſam puellam.

Si memini celebris vetus eſt ſententia vatis
Pax eſt cum forma rara pudicitiæ
Sat leuis eſſe ſolet pulchræ natura puellæ
Quam prece vel precio flectere quisque poteſt.
Quum iuuenes blandis ſtringunt tua colla lacertis
Et figunt labris baſia multa tuis
Rhætia virgineo tendunt ſua crede pudori:
Et ſi ſuccumbas virginitas perijt
Quę nunc ſi pereat nulla eſt reparabilis arte
Extenſos caſſes caſta puella caue
Caſſes blandiciæ molles ſunt decipientes
Talibus illecebris luſa puella dolet.

Ad Lilium pręceptorem.

Pręceptor facunde tuas quis dicere laudes
Quas meritus multis es quæat ecce modis?
Nunc ſeris in noſtris cultiſſima ſemina campis
Maturasque refert pingue ſolum ſegetes
Ipſe puer teneris a te enutritus ab annis
Collegi ex auro ſemina pulchra tuo
Ergo magis noſtro ſi creſcant gramina campo
Nunc danda eſt Lili gloria tota tibi.

Epigrāma. b.ii.

Ad Ioannem Plaiſtedum ædium boemiarum moderatorem primarium.

Si verbis animum tibi nunc expromere noſtrum
Poſſumus/ es noſtro pectore perpetuus:
Nam facilis Plaiſtedus eris/ iocundus amico et
Deſpicis inflatos virque modeſte animos.

In laudem Oxonienſis. Academiæ.

Tu mihi chara parens multis celebranda camenis
Egregijs pollens laudibus Oxonia.
Flores producis ſchola vernantiſſima pulchros
Qui nunc perpetuo crede virore nitent.
Ergo tibi meritos populus conceſſit honores
Quæ nutris doctos tot ſchola culta viros.
Inclyta caſtalidum veneratur turba ſororum/
Et celebrat totus te chorus aonidum.
Hic ſunt philoſophi: medici: legumque periti:
Rhetoras et vates iungito ſi libeat.
Sacrarum multos/ diatribas literularum
Cernes/ et diſces qualiacumque cupis:
Iſta ferax adeo eſt academia candida meſſis/
Falce tua quantam vis mete tu ſegetem.

Ad Oxonienſes.

O clara Oxoniæ turba ſtudentium
Vita barbariem quæ ingenijs nocet
Quantis quum ſapias ſordibus affluat
Illam quid cupias non video amplius
Collegiſſe magis te iuuet aurea
Doctorum docili pectore dogmata
Certans romuleis quis potior ſonis
Artes perdoceat gymnaſijs bonas.

Ad monachum.

Ipſe cucullatum monachum per compita euntem/
Et ſtrepitus vulgi quum video adire leuis
Quid dicã? poterit monachꝰ ne hic dicier? haud ſic/
Magnus dicetur verius ardelio.

De laude ſtudij.

Nil potius ſtudio/ſtudio preclarius eſt nil:
Poſſidet ingenium quum ratio ipſa ſagax.
Quæ demirantur cuncti/ patefacta videbis
Per ſtudium/ ſtudio eſt pulchrius ergo nihil.

De iuriſperito iniquo.

Inuolucris leges celas/ fallisque clientes
Et gloſſimatibus candida iura tegis
Immo tuas gloſſas addis quibus atrius eſt nil
Fraudibus et fraudes congeris ipſe malas.

De morte non metuẽda.

Mors nulli eſt metuenda magis/ niſi quũ mala vita
Præceſſit/ viuas tu bene/ mors bona erit.

Omnia nuda oculis dei.

Omnia ſunt oculis manifeſta abſcondita ſummi
Crede dei/ faxis tu male ne facias.

Qui in magnatum et diuitum
domibus alantur.

Magnatum domibus facile hos habitare videbis:
Palponem/ ſcurram/ ridiculnm fatuum.

De rege ſapiente.

Rex ſapiens populum iuſta ratione gubernat:
Nunc huc/ nunc illuc dirigit atque oculos.
Namque loco regni munus non ſiſtit in vno:
Quum populus mores inſequitur varios.

Miraculum beatæ virginis
in peregrinum.

Ire peregrinus voluit dum ad virginis ædem,
Accedens raptim trux necat hoſtis eum.
Culter ceſſabat nunq̃ ſtillare cruorem/
Donec ſuſpenſus qui interimebat/erat.

De nomine Ieſu.

Tu quoties ſanctum hoc recitari nomen Ieſu
Audis/ ſic toties flectito tu genua.

Bonitas non a nobis/ metipsos.

Vt clare referunt diuina volumina/ nullum
Absque deo nobis possit adesse bonum.
Si bonu es plane/ diuini muneris illud
Esse puta/ solus nam bonus est dominus.

In loquacem.

Linguax fœmineum cupias si vincere cœtum:
Et tibi nunc tanto garrulitate places/
Linguaces adhibe laudent quæ te mulieres:
Nemo virum laudat/ ni taciturnus erit.

De verbo diuino.

De grege quisquis eris vocitatus christicolarum
Tu/ sacra ꝓuigili dogmata disce animo.
Nam placidus solis deus est/ qui iussa sequuntur:
His quoque qui obsistunt dira flagella parat.

De charitate.

Omnia naturæ si quis bona congerat/ vna
Cuncta tamen superat lector amicitia:
Fida comes rerum fertur dilectio feruens:
Hac sine non tutus vir quæat esse viro.

Diuitiarum quadruplex culpa.

Diuitias nimium quum quis seruarit auare
Prodigit aut vanis/ delicijs ve nimis:

Díligat aut nímíum/ vel poſſídeat male partas
Talía culpantur pernícíoſa bona.

Hícímpunita mala/ ín futu-
rum reſeruantur.

Immenſa ín tempus ſeruatur pœna futurum
Huíc/ nullum patítur quí modo ſupplícium.

De obdurato corde.

Cor durum domíní mandatís ſæpe repugnans/
Perfuſus nullo eſt quíque rubore anímus:
Se male quum venient (míhí crede) nouiſſíma ſæcla
Sentíet/ et ſtygíæ vadet ín antra domus.

Triplex hominís ſtatus.

Quílibet ín triplící verſatur conditione
Víta/ morte/ aliud poſt ſua fata vídens.

Confeſſío peccatorũ.

Corrígit hic vícium quoties confeſſus íniquum
Sic toties anímí eſt teſtís vbique boni.

Quís líber.

Líber erít/ vicío ſí quís caret/ ílle malígnís
Aſſueuít qui ſe/ ſeruus erit vícíjs.

De aula Boemía ín qua
ſtudet Cõſtablíus.

Hæc eſt ílla domus vocítata Boemía/ doctís
Doctrínæ totíes quæ modo pándit íter.

Ad auditorem.

Pectore fac condas/quæ nunc tibi dogmata promo
Auditor/ memori sæpeque volue animo.

In vilem rabulam.

Quum lingua nocuit cuiq̃ scurra ista procaci
Pretextu gerras palliat ecce ioci.

In Londinum.

Quod peperit natale solum laudare necesse est:
Londinum varia nobilitate viget.
Classiferos veniant quo naues inclyta portus
Vrbs habet omnigenis mercibus egregię.

In Angliam.

Anglia magnanimos ꝑceres habet inclyta victrix:
Terras exupans martis honore alias.

De Henrico octauo Anglo-
glorum rege.

Anglorum Henricus princeps ter maximus hic est:
Marte potens Cæsar/ pace sophos Solomon.
Mœcenas doctis/ pietate insignis/ honores
Cui non (si scribas) sunt satis innumeri.

De Catharina regi-
na Angliæ.

Virtutis radians sydus Catharina Britannis
Regina est/ sophię dotibus eximia.

Epigrãma. c.j.

Frgo tibi totum nunc maxima templa per orbem
Surgunt/ et Mariæ ſancta Trophęa canunt.
Confluit atque tuam numeroſum vulgus ad ædem/
Ingeminans lætis mater aue precibus.

Ad beatam virginem vvalſynghamicam.

SAlue de cuius nata eſt diuina propago
Semine/ ſynceræ forma pudicitię:
Nam velutí creſcunt candenti lília flore:
Sic flores nitida diua parens ſobole.
Hæc eſt cæleſti tulerat diuinitus arce
Nuncia/cui dicens angelus almus aue
Hoſpicium Chriſtus delegit virginis aluum:
Quo latuit miro numine lętificans.
Iam ſacra chriſtiferæ debemus vota puellæ/
Letalem mundi quæ abluit illuuiem.
Fœmenei ſublime decus/ et gloria ſexus/
Sint procul a famulis maxima damna precor.

Ad eandem.

Audiens famam populus frequens it
Ad tuam Chriſti genitricis ædem/
Deprecans cœtum recrees cadentem
Caſta puella.
Si deus ſoli Mariæ reliquit

Maximos post se / et meritos honores /
Pluribus cur non modulis canemus
Dulciter hymnos?
Mortuis spes est quoties egebunt:
Iudicem supplex genitumque poscens /
Noxijs parcat / veniamque seruis
Sollicitus det.
Amplius flexis igitur beatam
Cruribus matrem libeat precari /
Vltima nobis properans in hora / vt
Ducat in astra.

Ad Thomam Morum.

VIrtus quo tua te nunc rapuit / vides
Magnatumq; fauor More potentium.
Princeps et merito te quibus euehat
Noster ter geminis magn⁹ honoribus
Orator fueras missus ad exteros /
Rex tantum tribuit ingenio tuo
Fœcundo / atque oculis principis vnicus
Morus conspicuis moribus est suis.
Morum rex comitem literulis vocat /
Cum musisque cupit ludere candidis.
Et tu nunc stimulos illi adhibes nouos

Quo cultis faueat is magis artibus.
Quare barbaricis hostibus agmine
Morus victor adest insuperabili
Et fecit pęnitus cedere beluas
Ceruicesque suo flectere nunc iugo
Sic tu monstra domas maximus Hercules
Omnes eloquium lenijt inscios
Mori corripiens denique candidum
Felix ingenij vena sic est tui
Omnis cura tua est vt modo literæ
Insulsæ reperant/ et maneant bonæ
Quæ miris salibus admoneant probos.
Cui non perspicuum Morus vt omnia
Quæ studij in sunt dogmata calleat
Iste est philosophus/ rhetor/ et eloquens
Vates thespiadum precipuus choro
Diuinas fategens discere literas
Insignes titulos accumulas tibi
Dum tanta facis hæc cum sapientia
Londini poteris gloria dicier
Nec non et radians stella Britanniæ
Viuas perpetuos optat vt in dies
Doctorum celebris turba studentium
Vni pro meritis et tibi gratiam

Debet More tuis optime plurimam.

De eodem.

Momentum Moro nullum perit absque labore:
Sed studij metam seruat vbique sui.
Non placeat ætatem huic ocio consumere inani
Ille opere at aliquo transigit usque diem
Moribus egregijs supereſt huic docta propago
Vnica nunc generis gloria lausque sui.
prudens hic sobolem similem sibi vult pater esse:
Sectetur mores vt modo iussa suos.
Fari quando cupit dulcescunt mellea verba:
Vt putet angelico / qui capit ore loqui.
Artes ille bonas / studiosos ac colit omnes
Pallados / egregiæ muuera digna ferens.

Ad Ioannem Euangelistam.

Sanctus Ioannes Christi sobrinus habetur
Abdita diuini pectoris accipiens
Vltima cui Christus matrem suspiria ducens
Commendat / passus plurima damna cruce
Ista euangelij clangens tuba sæpe volutat
Mystica diuino dogmata corde suo
Iste est mortiferum nocuit cui nil aconitum
Spe firma at Christo singula vota refert.

Ad beatam Catharinam.

VIrgíneo Catharína choro quæ vírgo beata
Accumbís/ luctus reſpice quæſo meos
Interpellatrix facílis Catharína miſellis
Eſſe ſoles/ coram díua puella deo.

De Aetatíbus.

Elínguis mundum teſtor genítrícis ab aluo
Infans/ vagítu nunc míſerum eſſe quidem/
Poſt puer inſtabíles animí componere motus
Neſcíus/ hæc nolo nunc eademque volo
Pubertate vírens extemplo adoleſco íocosque/
Laſcíuus cupío/ frena paterna negans.
Inflammor íuuenís/ pectusque libídíne feruet:
Labor et ín quoduís prona íuuenta ſcelus.
Prodeo vír factus magno cum robore/ corpus
Fírmum nulla fugít pondera ſumma meum.
Nũc grauís en properat et plane ínfírma ſenectus:
Abſtulít et vítæ commoda pulchra meæ.

Ad Ioannem Blontum.

Vt tíbí nunc placeat venaranda Louanía Blonte
Signifíces doctum candíde gymnaſíum
Inter doctrinę proceres verſarís alumnus
Dulcíbus e ríuís larga fluenta bíbens.

Qualis esse debet generosorum educatio.

Molliter his nutrit sobolem generosa diebus
Turba suam/ nullis artibus instituens
Verum ocio et ludis permittunt/quum magis illos
Virtute institui literulisque decet
Nam mihi die quæso natalia clara quid vlli
Prosunt? si fatuus calleat ille nihil.

Veritatem audire plerique nequeunt.

O tempus miserum atque o perdita sæcla dolosi
Verum audire homines quũ modo non cupiãt
Molestum est verum peruersus auribus omne
Non poteris maius conciliare odium
Sed si blandiloquus nunc falsa laude titilles
Es probus et magno munere dignus eris.

De Christo crucifixo.

Membra redemptoris quoties ego sanguinolenta
Cerno/ mihi toties tunc quoq; membra rigent.
Dulcis et effigies quoties contusa videtur
Pugnis: sic toties nunc maduere genæ
Innocuum iudæa refer quid perfida Christum
Lecisti /bona tot qui tibi contulerat?

An non ſuffecit truculenter figere ligno!
Lancea quin foderet ſparſa cruora latus!
Hæc tamen o miti patiens tu pectore cuncta/
His veniam rogitas Chriſte benigne patrem.

Ad Perinnum.

Curas accumulat tam longa abſentia noſtras
Parcite/ cauſa ſubeſt/ ipſe redibo breui,

Ad Hadleyum monachum.

Hadleum laudat certatim turba prophana:
Non minus extollit relligioſa probum.

Non deſperandum in hac vita.

Dum diuina tibi pietas conceſſerit horam
Vitæ/ deſperes ptimeasque nihil.
Haud dubie metanœa breui licet aſſit in hora:
Si fuerit grandis culpa remiſſa tibi eſt.
Penſitat haud longũ tempus deus/ aſt mage quãtũ
Pro admiſſo doleas crimine Chriſticola:

Reuerentia debetur doctis.

Omnis debetur doctis reuerentia: rerum
Multarum quibus eſt optima cognitio.
Explorant quicquid patres ſcripſere vetuſti:
Ornantes verbis tempora noſtra ſuis.
Attulit egregios mores doctrina ſalubris/
Ocia deteſtans/ quæ ſine fruge fluunt.

Paupertas amicos nullos: diui-
tiæ incertos habet.

Insidijs pauper patet vndique nullus amicus
Pauperibus/ prohibet diuitis arca tenax.
Diligit at si quis nummatum/ nunc dubitamus:
An nummum plusq̃ diligit ille virum.
Quo quisq̃ altior/ eo casus grauior.
Mira quidem res est tenuis fortuna q̃ vlli
Iam placeat/ multos vsque habet ambitio.
Imperium cupit hic/ cupit hic quoq; episcopus esse:
Sed grauis e celso sæpe ruina venit.
Mala citius persuaden-
tur q̃ bona.
Persuadet citius mala q̃ bona quisque procaci:
Et malus accipiet verba maligna animus.
Prætulerint alij pulchris cur turpia? causa est
Turpibus assueti turpia adamant potius.
Qui bonus est præter bona nil meditatur in vllum:
Qui malus est omnes iudicat esse malos.
In Bossum Liliomastigem.
Heus subito tacuit/ vidit sua carmina Bossus
Quum vicijs toties stulta scatere malis.
Quunque pari nequeat conatu vincere vatem/
Suppudet: et versus iam negat esse suos.

Euome de anguíneo líbeat ſí pectore vírus:
Níl nocet egregío perfida língua víro.

Epítaphium Guílielmí Grífithí
Oxonienſís.

Hoc ſíta Gryffíthí ſub marmore mẽbra Guílielmí
Sunt/ quí Cambrígenís glaría príma fuít.
Philoſophus nouít naturæ arcana latentís:
Díſſerít et ſumma cum ratione probus
Aſtrologus míra tentans índagíne cælí/
Perpetuos motus calluít aſtríferí.

Ad Nícolaum Lang-
donum.

Scríberís noſtra (nam dignus es) ípſe camœna:
Quum foueas fídam pectore amícítiam.
Quis títulus Langdone poteſt en dulcíor eſſe!
Q̃ quí clarum habeat nomen amícítíæ.
Hínc eſt ꝙ cunctís es factus amabílís vnus:
Quum tam ſpectatís moribus eſſe vídent.

Ad Bakerum.

Vís redeam toto cur non hoc tempore dícam!
Paupertas redítum díſtulít ecce meum.

Ad Byrdos.

Vulgarí Byrdos vos língua díco ſodales/
Rectíus aſt alío nomíne lítís aues.

Dulcía nam velutí volucres adamare feruntur
Cantica/ ſic ſuaues Byrdus vterque ſonos.

Ad Guentum.

Guẽte meos inter miníme haud memorãde ſodales
Ciuílis/ gratus/ quí es quoque doctíloquus
Poſtq̃ ſyncerae vírtutís dotíbus eſſe
Te vídi ímbutum / plus adamaſſe puta.

Ad Guílielmum
Roſcum.

Protínus exímias laudes depíngere Roſcí
Quum cuperem noſtro carmíne docte tuas.
Ante anímo complexus eram quot munera ín vno
Candída doctrínæ et ſígna víro fuerant
Roſcíus aſtrologus/medícus/ phíloſophus atq; eſt
Perfuſus latío ſatque líquore etíam
Immo quícquid habet ſophíæ ſchola culta díſertæ
Roſcíus/ hoc proprío condídit íngenío.

Ad Latímerum.

Mírantur Latímere tuam plerique mineruam
Eloquíum et clarum dotíbus ínnumerís
Quæ ſcíri poterunt calles doctíſſíme myſta
Proſequeris veræ tuque ſalutís íter
Contínuo fauces ſtudío macerare patet te
Nil queat íngenío dítíus eſſe tuo.

Epígrãma. d.iij.

Epytaphium Rogeri Conſtablij et Iſabellæ parentum meorum.

Surripuere mihi diriſſima fata parentes
Vicinus iungit quos ſimul en tumulus
Hic cunctis gratus ſemper fuit atque benignus
Hæc pia pauperibus/ chara obijt ſuperis.

Epytaphium Richardi fratris.

Fixit amor teneri fratris me nunc morientis
Et cruciat chari cura frequens pueri
Viuere dum voluit deus hunc/ ſcitiſſimus infans
Crede fuit veræ pallados effigies.

Epytaphium Marthæ ſororis.

Non ſecus et paruæ liceat memorare ſororis
Aetate in tenera quanta minerua fuit
Dixeris eximiæ ſpecimen grauitatis in iſta
Audiſſes teneri ſi pia verba ſoni
Inſtituit mater preclaris moribus illam
Paruit et iuſſis parua puella ſuis.

Telos.

Ex officina Richardi Pynſonis/ nonis Septembris. Cum priui/legio a rege in/dulto.

CVIQ; IN EPIGRAMMATA TYPOGRAPHI THOMAE BERCVLAE EPISTOLA.

VVM POST tot tantasq; linguæ latinæ ſtrages / ruinas / veluti labes barbaries nos inuaſerat / poſtremo priori ſtatui totum ꝑ orbem redire multo gratulor. Porro etiã maxima mihi lætitia eſt ad eam vindicandam tot et tam fortiſſimos milites omnigenis armatos doctrinis attentos penſosque ſentio. Quos inter / apud nos Anglos pręſtantiſſimus (meo quidem iudicio) Guilielmus Hormanus haud dubie (non ſine puluere) palmam meruit / qui pulſa barbarie librũ ædidit. quę mellitiſſima cãdidiſſimaque uulgaria quisq; recte vocet. Cæterum ſuperioribus hiſce diebus / præſtans vir Ioannes Conſtablius ad linguam latinam illuſtrandam / ac ſtudio rei literariæ ſępius ociоſus / nobis epigrãmata / quæ contrectas manibus dedit / quæque typis noſtris / vti ſeria atque multo egregia / cudimus. Quis ſi in errata præteriuere authore / atqui potiſſimum incuria noſtra / vt obteſtamur velis caſtigare. Vale.

BRITISH
5 AP 92
MUSEUM